

Credo q̄ redēptor meus viuit et in nouis
 sumo die de terra surrectur⁹ sum et in carne
 mea Videbo deum saluatorem meum.

Vado mori iudeo: quia iam
 plures reprehendi iudicium
 mortis horreo: Vado mori.



Mors tua: mors iusti: fraus mundi: gloria celi. Et dolor inferni: sint memoranda tibi.

Mors

Pater abbas nolite fugere
 Sequimini mortem choreando
 Non oportet nunc desiderare
 Abbaciam pro fructu sumendo
 Cuius fructus late comedendo
 Multum pinguis Vos fuistis factus
 Nunc Vermibus esca moriendo
 Magis pinguis primus putrefactus.

Abbas

Hoc minime cuperem facere
 Ut ordinem Vere conseruarem
 Sed omnibus conuenit transire
 Quauis ob rem libenter manerem
 Viri fratres non cupiscite rem
 Ecclesie: nam mortales sumus
 Et propter hoc ad vitam futuram
 Moriēdo tarde cogitamus.

Mors

Vos balliue qui iura sapitis
 Justicie: quiqz polidiam
 Ciuitatum mundi conducitis
 Accedite: monstro vobis viam
 Deni vobis assignatum diem
 Manumissa que non Variabit
 Videbitis Vestram iusticiam
 Dnus suum quilibet portabit.

Balliuis

O mi deus hec dies amara
 Ad hunc ictum non respiciebam
 Variavit se fortuna dura
 Nunc aduenit michi quod timebam
 Inter omnes honores habebam
 Meam vitam: nūc mors interpellat
 Non appello sicut appellabam
 Nam de morte Vane quis appellat.